Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26576
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sordentis non offenditis. uerum et grati odo
ris suauitate delectatum attrahitis? dicentes
de portis per quas ei aditum datis. Mandrago
re dederunt odorem in portis nostris. Et
iterum cum sponsa. Surrexi ut aperirem dilecto?
Manus mee distillauerunt myrram. et digiti mei
pleni myrra probatissima. Attestatur etiam
ipse dilectus sponse sue preconio. et odori
mirifico. odor inquiens oris tui sicut malorum!
guttur tuum sicut uinum optimum. Tali fraglan
tia ductus. intrauit iesus in quoddam castellum!
et mulier quedam Martha nomine excepit
illum in domum suam. Et huic erat soror. no
mine Maria. Hec est illa Maria. que addo
mum pharisei cum alabastro ungenti ueni
ens. pedes domini lacrimis rigatos ac deos
culatos ungento unxit. humilique de
uotionis sue obsequio gratiam hospitis perci
pere contendit. Ibi ergo in pace dimissa dili